Bernardinus Senensis: Sermones de evangelio aeterno

[Basel: Johann Amerbach, not after 1489] 



tate et vnitate pfecta oim beatoꝝ glorificator et gloriosus triumphas et regnas. p omnia secula seculorum. Amen.

## Dñica palmaꝝ infra diē ꝺ pace ꝛ cōcordia inimicoꝝ ac de remissiōe iniuriarū. Ser. l.

c **Edebat ramos** de arboribus ꝛ sternebant i via Math. xxj. et in euāgelio hodierno Jam in h sacro tpe ad illō desiderabile bonū .i. ad pacem et ciuilē ꝯcordiam mentis oculos eleuemus. cū ex ipa caritas et fraterna dilectio generet nutriat et cōseruet. ꝛ vsq in finē vltimū interminabiliter pseueret. Proinde Aug⁹. de ciui. dei ait. Tale bonū est bonū pacis. vt in rebus creatl nil gratiosi⁹ solet audiri: nil delectabili⁹ ꝯcupisci. et nil vtili⁹ possideri: nec imerito h asserit. cū idē de verbis dñi dicat. Pax est serenitas mētis. trāquillitas animi. simplicitas cordis. vinculū amoris. ꝯsortiū caritatis. Hec est que simultates tollit. bella cōpescit iras cōprimit. supbos calcat humiles amat. discordes cedat inimicos ꝯcordat. cūctis est placida. nescit extolli nescit inflāmari. Hāc qui accipit teneat. qui pdidit repetat: qui amisit exquirat. quoniā qui in eadē nō erit inuent⁹ a patre. abdicat a spūsancto. alienus efficit nec ad hereditatē dñi poterit puenire qui testimoniū pacis noluerit obseruare. h ille. Ex verbis ḡ Aug⁹ luculenter apparet q̄tū generale gaudiū p pacē et ꝓximoꝝ ꝯcordiā generat. quod mystice verba ꝓposita pfigurāt cū dicit. Cedebant ramos de arborib⁹. scꝫ cū gaudio et exultatione: et sternebāt in via. scꝫ in signū iocunditatis et festi: quia rex pacificus veit in irlm sup asinā mansuetus. Proinde merito subinfert est ꝓpositū verbū. Turbe aūt que pcedebāt .i. sancti patres veteris testamēti: et que seq̄bant .i. patres noui testamēti clamabāt affectu cordis dicētes. Osanna .i. obsecro salua nos. qꝛ p pacē a xp̄o generaliter int deū et hominē generatā saluati sum⁹. nec nō et p ꝯcordiam et pacē discordantiū animoꝝ ab eṫnis supplicijs quotidie liberamur. h pacis gaudiū ꝓpheta considerās et quasi padisi participationē arram ciuilē et ꝓximoꝝ ꝯcordiam cernens q̄si de inuento thesauro ꝯgratulās ꝛ exultās ait. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū: habitare fratres in vnū. ps. 132. quod esse aliō thema in pñti sermone. In quibus sacratissimis vbis ꝓpheta ostēdit q̄ necessaria sit pax et ꝯcordia inter ciues triplici ex respectu. Primo ex respectu dei. ideo dicit ecce q̄ bonū. scd̄o respectu sui. addit et q̄ iocundum. tercio respectu ꝓximi. vñ addit habitare fratres in vnū. vt sic sint tres amores ad pacem ciuiū coartantes. Primus est amor dei. secūdus amor sui. terci⁹ est amor ꝓximi.

## Articul⁹ prim⁹ q̄ ꝓpter q̄drupicē rōnē respectu dei debet pacificare seinuicē amici.

c **T**prim⁹ q̄dē amor ad ꝓxiorū pacē cohortans est amor dei vñ merito ꝓpheta ait. Ecce q̄ bonū scꝫ respectu diuini amoris liberaliter p cere oībus inimicis et se pacificare et pacifice insimul omnes ꝯuersari cunctos sibijnuicē aduersantes. et maxime bonū est ex quadruplici rōne. Primo ꝓpter diuinā obedientiā. scd̄o ꝓpter diuinā honorificentiā. tercio ꝓpt diuinā iusticiam. q̄rto ꝓpt dīnā cōplacentiā.

### Q̄ parcendū est inimicis qꝛ p̄cipit hoc deus. Ca. j.

p **P**Rimo quidē debet homo parcere inimicis suis ꝓpter diuinā obedientiā. p̄cipit eñ hoc de⁹ Math. v. dicens. Diligite inimicos vestros benefacite his q̄ vos oderūt. et orate p psequētib⁹ et calūpniātibus vos. In quib⁹ verbis circa inimicū dñs triplex p̄ceptū dedit. Primū est de diligentia. scd̄m est de bñficētia. terciū est de beniuolentia. Primo in q̄ p̄cepit dñs erga inimicos nos habere dilectionē. ideo ait. Diligite inimicos vestros. In hoc eñ p̄cipit inimicoꝝ dilectionē seu amationem qua quis alterum habet diligere vt se et ad hoc obligat vnūquenq̄ qd̄ est amare ꝓximū inimicū triplici amore. scꝫ vero: iusto et amoroso. de q̄bus dictū est supra sermone. vij. arti. j. p totū. Qui vō odiū erga ꝓximū in corde habet et illi nocere desiderat ꝑm Aug⁹. Silis est illi qui gladio sese transfodit vt inimici sui tunicam scindat. vnde .j. Joh. iij. dicit. Qui odit fratrē suum homicida est. scꝫ suijpius. Et de talib⁹ ꝓpheta ait. Gladius eoꝝ intret in cordibus eoꝝ. Scd̄o p̄cepit dñs beneficentiā dicēs Benefacite his qui oderūt vos. Qd̄ vtiq̄ seruamus cum eis ex corde parcimus. ꝛ eis ore familiaritatem ostendimus: nec nō et illꝭ opere in necessitatibus eoꝝ liberalr subuenim⁹. qꝛ ad h q̄libet ꝓ loco et tpe obligat. Terciū p̄ceptū subdit dñs de beniuolētia optatiua: atq̄ intercessiua. Uerus eñ amor bonū ami



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-493/0455
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG